



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Gerardus Epis. Mart. 24. Septembris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

Homo hostes habet invisibiles, dæmones nimis  
rum, qui perpetuò ruinam ejus meditantur,  
invidiantur illi auri fulgore, suavitate voluptatum, ho-  
norum vanitate, omnibus deum rebus creatis; Ah!  
quoties ejus laqueis implicarer, nisi tutelaris Ange-  
lus gressus meos regeret. An angelo meo gratias egi?

2. Parentes amici nostri denique omnes, quando-  
que sunt hostes, crudeliores: eorum maleficia pie-  
tas periculosior est, odio infensissimorum dæmo-  
num, sæpe etiam extinguit voluntatem, quam habe-  
mus nos Deo consecrandi, & plus possunt subdolæ  
parentum blanditiæ ut saluti & virtuti nuncium remit-  
tamus, quam duriora Tyrannorum supplicia. Cru-  
deles parentes! infideles amici! si filium, si amicum  
amatis, quid eum ad tartara præcipitem agitis? perdidit  
nos aliena perfidia, parentes sensimus parricidas. Cyprian.

3. Non habet homo crudeliorem hostem, quam se  
ipsum. Pugnat caro adversus spiritum. Corpus ter-  
rena oblectamenta cupidius poscit; anima vero cæle-  
stia. Ad mortem usque produci debet certamen. Ca-  
ve: viriliter & jugiter certa. Ne tibi fidas, ne tibi blan-  
diaris; concupiscentia, unde omnia mala, cum vita  
duntaxat extinguitur. Concupiscentia minui potest,  
consumi non potest. August.

## S. GERARDUS Epis. Mart.

24 Septembbris.

*Solicitudine non pigri, Spiritu fer-  
ventes, Domino servientes. Rom. 12.*

Ge-

I. Ho.

**G**enuere Venetiæ GERARDUM magni  
 bo in  
 suo honori; majori Ungariæ bono. Na  
 per hanc illi dum iter est ad sacras Solimæt  
 ras, hospitem intercepit Rex D. Stephanus  
 & detentum amicâ vi genti Episcopum deo  
 Nihil illi post Christi honorem prius. Quia  
 Matris hujus cultus, quem toto regno nu  
 gnâ animi sui voluptate, fructu hominum  
 quam maximo, disseminavit. Pietatis  
 Mariam illud argumentum esto, quod an  
 ejus aram nunquam non binos Ministros ex  
 cubare voluit, qui thuris odore eam hono  
 rarent, & fumo tam pio proderent, quibus  
 Virginē castissimè ardebat, ignes sanctissimos.  
 Adhac nemo unus fuit, qui ab offenso ven  
 non exoravit, simul interposito patronæ Ma  
 riæ nomine orasset: ut jam nominis hujus  
 characteres totidem calculos candidos dixi  
 ses, quibus omnes apud illum rei absolvere  
 tur. Jam ut corpus in virtutis palæstra excel  
 ceret, noctu sylvas & ex sylvis ligna petebat,  
 leprosis interim in lectulo Episcopi vicem  
 dormientibus. Hostibus qui Regi Petro re  
 gnum, quod Stephanus suâ morte illi in ma  
 nus tradiderat, vi eripuerant, malam mor  
 tem, sibi optimam vaticinatus est sanguinem  
 comparandam. Et verò Anno M XLII. à glo  
 b

M magnō impiorum cinctus, lapidibus primō est  
ono. Non appetitus, sed quia innoxius hos scuto Crucis  
olimātē excipiebat, post currum eversum hastā trans-  
tephanus fixus est, cūm pro parricidis suis Christi & Ste-  
phani exemplo ē genibus perorāset. *Ex Surio.*

## MEDITATIO.

*De fervore Spiritus.*

1. IN via virtutis & perfectionis semper est progre-  
diendum, qui non progreditur, ille regreditur:  
nam dæmon, & nobis ingenita peccandi facilitas ad  
barathrum nos continuò pertrahunt. Dicitur cum  
Davide, dixi nunc cœpi esse servus Dei: & utinam  
hoc revera dicere possis! utinam ex animo syncero  
Deo te dævoveres! vide an pristinam peccandi con-  
suetudinem deposueris. Vide an aliquam acquisieris  
virtutem.

2. Cave ne regrediaris, & aliquid de solitis pieta-  
tis exercitiis remittas. Sunt quām plurimi, qui prin-  
cipio suæ conversionis amore divino exardescunt.  
Verūm is amor statim extinguitur. Non quæ facta,  
nisi ut ad majora accendaris, sed quæ facienda sunt  
considera. Quām miser es, si pristinus tuus fervor  
in tempore degenerāset. Quid? an nunc temporis  
Deus minùs est amabilis, quām olim erat? Semper pro-  
fice, noli in via remanere, noli retrocedere, noli deviare. S.  
August.

3. Ut languentem animum excites, te ipsum his  
verbis interroga: ad quem finem creatus sum? an  
cœlos spero gratis? quid fecisse gauderem mortis ar-  
ticu-

ticulo? tam horrendus est infernus, tam jucundus  
est paradiſus: breviorem vitam sequitur æternitas;  
quare ipse hujus æternitatis sine intermissione labo-  
randum. *In omnibus operibus tuis memorare novissimam tuam,*  
*& in æternum non peccabis.* Eccl.

## S. FORMERIVS Martyr.

25. Septembris.

*Spiritus Domini super me: propter  
quod unxit me, Evangelizare  
pauperibus misit me.* Luc. cap. 14.

**O**rpheum cytharæ dulcedine feras traxis-  
se fabula est; pastorem verò FORME-  
RIVM, XIV. annorum puerum, Evangelij  
in campo reperti lectione, ad audiendum o-  
mnis generis bestias commovisse, prodigiosa  
est veritas, nec audiēre tantùm avidè, sed  
& aluēre gratæ, cùm abscedentibus masculis,  
persistentes fœmellæ feræ, mulgendas se pro  
minervali præbuere, unde ex copioso lactis  
coagulo, confecti casei, divino iussu ad Cæ-  
sareæ portas à FORMERIO in pauperes, vi-  
duas, ægros distributi, famem omnibus, æ-  
gris etiam morbos abstersere. Verùm hæc ei  
ad Martyrium via fuit: famâ enim brutalis  
cōcionis didit sanctus ut præstigiator ad Ale-  
xandrum.